



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

**Parisiis, 1644**

Epistola XLVIII. Leonis Papae I. Ad Anatolivm Episcopvm. Basilium & Ioannem presbyteros, apud se Eutychetis & Nestorii haeresis detestatos, commendat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14584**

## EPISTOLA XLVII.

## LEONIS PAPÆ I.

AD SYNODVM CALCHEDONENSEM.

Hortatur per legatos suos Dei sacerdotes, vt secundum scripturas cuncta disponerent.

*Leo episcopus urbis Romæ, sanctæ Synodo apud Calchedonem constitutæ.*

**O**PTAVERAM quidem, dilectissimi. *Vide reliquum in Concilio Calchedonensi, parte 1. epistola 40.*

## EPISTOLA XLVIII.

## LEONIS PAPÆ I.

AD ANATOLIVM EPISCOPVM.

Basilium & Ioannem presbyteros, apud se Eutychetis & Nestorii hæreses detestatos, commendat.

*Leo episcopus Anatolio confratri.*

**A**D declinandam erroris maculam, qua nonnullos aut Nestoriana impietas, aut Eutychiana labefactauit infania, laudabilem curam filii nostri Basilii & Ioannes presbyteri suæ æstimationis habuerunt: vt inter pugnantia dogmata falsitatis vera catholicæ fidei pace gauderent. Si quidem longinquo peregrinationis labore suscepto, sensum cordis sui in apostolica sede patefecere: damnantes vtramque hæresim, quarum supra fecimus mentionem, & de incarnatione Domini nostri Iesu Christi non aliud recipientes, quam quod, instruente sancto Spiritu, & didicimus, & docemus. Per hos ergo, frater carissime, cum testimonio nostro ad propria reuertentes, dilectioni tuæ nostra scripta direximus: fidenter orantes, vt qui gratia apostolicæ communionis ornantur, etiam tuo fauore per omnia se gaudeant adiuuari. Data decimo tertio Kalendas Iulii, Adelphio viro clarissimo consule.